א. *lætari.* quod eſt oppoſitum laboris;de cujus vani-
tate hactenus agit.

ב. *facere bonum* , placens Deo & utile homini, ſcili-
cet pro occaſione.v.12. Confer ſupra 2: 26. Hinc naſcitur dein-
ceps novæ disquiſitionis gemina materia.

v.13. γ cõfirmatione utriusq; partis cõcluſionis, ſive boni εὐθυ-
μίας ἢ εὐποιΐας, ut Græca paraphraſis Naziázeno attributa exprimit;

א. à genere & cauſa lætitiæ: quia omnis lætitia, etiam
in labore, eſt donum Dei.v.13.

v.14. ב. ab operum Dei immutabilitate; & fine: qui eſt, ut
v.15. timeatur, vers.14. illud inculcatur per diſtributionem tempo-
ris. *Quod extitit, jam* (*Kebár*, Aben Eſra, *Hinnéh*, en) *eſt: & quod fieri o-
portuit, jam extitit: & Deus requirit, quod impellitur.* Factum infectum
nequit fieri: neque id, quod futurum erat vel eſt, potuit vel poteſt
impediri: & Deus præterita ſua & hominum facta revocat & ma-
nifeſtat.v.15. Si opera Dei immutabilia ſunt, quid melius eſt, quàm
lætari, h.e. grato animo Dei ordinem proſequi ; & *ſervare bonam
conſcientiam?* Novit enim, qui ſunt ſui. Si finis operum Dei eſt, ut
timeatur; nihil melius eſt, quàm ex timore ejus bene facere cum lę-
titia & lubentia; & in bona conſcientia rurſus lætari.

v.16. ג. ab utilitate ad

α. conſolationẽ & patientiã in injuſta afflictione.
v.17. v.16. quam præbent bona conſcientia & fides judicii, corroborata
contemplatione providentiæ Divinæ. v.17. *Nam oportunitas eſt omni
gratæ rei* vel voluntati, h.e. Deus omnia agit oportuno tempore: *&
ſuper omne opus*, h.e. præſidens omni operi, q.d. ὁ ἐπὶ παντὸς ἔργου (el-
lipſis relativi) eſt *ibi*, q. δεικτικῶς: in cœlo, vel ſimpliciter, *eſt*, ut ger-
manicé da ſein ſignificat *eſſe*.

v.18. β. gloriam Dei & debitam humilitatem. *ut Deus ho-
mines diſcernat*, [*Lebarám* pro *lebarerám*, ex Pihel; vel pro *leborrám* per
kametz chatuph pro kibbú z ex cal: ut *Aráb* pro *orráb* Num. 22:
6.] *& ut videat* (h.e. manifeſtet. ἀνθρωποπαθῶς) *quòd ipſi ſibi*, h.e. per
ſe, ſine ſpiritu Dei illuminante & vivificante, nihilo *ſint* meliores
v.19. quàm *beſtia*. v.18. (Conf. Pſal. 49: 13. 21.) Id demonſtratur in pa-
ritate

j. accidentium. Vau ſimilitudinis. Conf. Prov.
25: 25. Job. 5: 7.

ij. mortis